Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD CHORIN

nitate et nequitie. Sed in azimis
sinceritatis et veritatis. Scripsi
vobis in epla ne commiscearis cum
fornicariis non omnino fornicariis
huius mundi. aut avaris. aut
rapacibus. aut ydolis seruientib:
aut maledicis. Alioquin debueras
de hoc mundo exisse. Nunc autem
vobis scripsi non commisceri form
icariis. Si quis frater nominatur
inter vos. et est fornicator aut ava
rus. aut ydolis seruiens. aut ma
ledicus. aut ebriosus. aut rapax
cum huiusmodi nec cibum sumere
Quid enim mihi de his qui foris sunt
iudicare. Nonne de his qui intus
sunt iudicatis. Nam eos qui foris
sunt deus iudicabit. VI
Auffere malum ex vobis ipsis
Audet aliquis vestrum negotium habens aduersus al
terum iudicare apud prophanos
et non apud sanctos. An nescitis quo
niam sancti de hoc mundo iudicabit
Et si in vobis iudicabitur hic mun
dus indignis estis qui de minimis
iudicetis. Nescitis quoniam angelos
iudicabimus quanto magis
secularia. Secularia igitur iudi
cia si habueritis contemptibiles qui
sunt in ecclia illos constituite ad
iudicandum ad verecundiam vestram
dico. Sic non est inter vos
sapiens quisquam qui possit iudi
care inter fratrem et fratrem suum
Sed frater cum fratre in iudicio
contendit. et apud infideles. et non
apud sanctos. Iam quidem omno
delictum est in vobis quod iudi
cia habetis inter vos. Quare non ma
gis iniuriam accipitis. Quare non
magis fraudem patimini. Sed vos
fraudatis. et iniuriam facitis. et hoc
fratribus. An nescitis quia iniqui reg
num dei non possidebunt. Nolite erra
re. Neque fornicari. neque ydolis serui
entes. neque adulteri. neque molles. ne
masculorum concubitores. neque fures
neque auari. neque ebriosi. neque male
dici. neque rapaces regnum dei possi
debunt. Et hec aliquando quidem
fuistis. sed abluti estis. sed sanctifi
cati estis. sed iustificati estis in nomine
domini iheſu cristi nostri. et in spiritu
dei nostri. Omnia mihi licent. sed non
omnia expediunt. Omnia mihi licent.
sed ego sub nullius redigar potestate.
Esca ventri. et venter escis. Deus
autem et hunc et has destruet. Corpus
autem non fornicationi. sed domino. et do
minus corpori. Deus et dominum
suscitauit. et nos suscitabit per
virtutem suam. Nescitis quoniam cor
pora vestra membra sunt cristi. Tol
lens ergo membra cristi. faciam me
bra meretricis. Absit. An nescitis
quoniam qui adheret meretrici u
num corpus efficitur. Erunt inquit
duo in carne una. Qui autem adhe
rit domino unus spiritus est. Fugite
fornicationem. Omne peccatum quod
cumque fecerit homo extra corpus est
Qui autem fornicatur in corpus suum
peccat. An nescitis quoniam membra
vestra templum sunt spiritus sancti
qui in vobis est. quem habetis a deo.